



**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Caput 7. Vtrùm in delectatione morosa de re turpi explicari debeat
circumstantia status personæ, quæ peccanti objicitur, v. gr. an
consanguinea, an nupta, vel voto castitatis adstricta?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

*Verum in delectatione morosa de re
turpi, explicari debeat circumstantia
status personæ, quæ peccanti obijcitur,
an consanguinea, an nupta, vel
voto castitatis ad-
stricta?*

67. **A**ffirmant Cajetanus, Lorca, Azor, Thomas Sanchez, & alii apud Dianam 1. par. tract. 7. resol. 48. Quibus accedunt D. Antoninus, Tabiena, Navarr. & Montefinos apud Hurtado. Complut. 1. 2. tract. de Peccatis, disp. 4. diff. 10. & tenere videntur Doctores asserentes, malitiam delectationis simplicis, sicut & efficacis, desumendam esse ab objecto.

68. Ex quo principio non pauci deducunt, licere non conjugatis sperantibus uxorem ducere, morose delectari de copula habenda tempore conjugii, quia talis copula non est mala. Ita Victoria, quem refert, & sequitur Medina 1. 2. quæst. 74. art. 8. dub. 3. Zumel ad eandem questionem, disp. 4. dub. 3. & quidam Neotherici, ut refert Corduba in *Questionario* libr. 1. quæst. 23. dub. 13. & ipseclare sentit esse probabile. Idem tenent loquentes de sponsa de futuro, Curiel, Herrera, & alii apud Dianam 3. part. tract. 5. Miscellam. resol. 2. & Magist. Arauxo ubi infra, qui eadem ratione nixi asserunt, licere viduis morose delectari de copula præterita, cum proprio conjugæ habitis, quod ultra citatos tuerentur Cajetanus, Rosella, Sylvestre, Armilla, Angelus, Tabiena, Pedraza, Valentia, Nieba, Medina, Zumel, Sa, & alii apud Thomam Sanchez de *Matrim.* libr. 3. disp. 47. n. 3. Quos sequuntur Lorca 1. 2. disp. 28. & Montefin. ibidem, disp. 7. q. 6. M. Serra 1. 2. q. 64. art. 8. M. Arauxo 1. 2. q. 74. art. 10. dub. 3. n. 48. & alii. Quod à fortiori tenetur dicere, etiam si ad secundas nuptias transierit.

69. Addunt alii apud Cordubam supra (& ipse putat probabile) non esse mortale, solum delectari morose de copula cogitata sub conditione, si adesset matrimonium; nam cum objectum sub ea conditione apprehensum non sit turpe, non est unde talis affectus malitiam gravem fortiri possit, si alias supponatur ex parte subiecti capientis delectationem, non intervenire votum castitatis, ratione cuius teneatur ab illa delectatione abstinere. Quidquid contradicat jam alibi citatus, & rejectus Euseb. de Herrera in *suis* *decisionib. moralibus*, decis. 6. §. 9. ubi tradit, per votum castitatis non prohiberi delectationem morosam. Limitant tamen prædicti Doctores doctrinam supra traditam, dum non sit periculum pollutionis, vel consensus in aliquod peccatum mortale. Si enim hoc adsit, nequit à mortali excusari.

70. Verior tamen sententia oppositis insistentis principii docet, in delectatione venerea, & morosa de copula cum consanguinea, conjugata, vel monachi, non reperiri malitiam specie distinctam à delectatione cum soluta: ac proinde penitentem non teneri, prædictas circumstantias in confessione explicare. Ita Pat. Vazquez 1. 2. disp. 111. & 112. & 114. Quem omnes ejus discipuli sequuntur, Castro Palao tom. 1. tract. 2. punct. 10. §. 4. & cum Angelo, & Pesantio, Hurtado Complutensis supra disp. 4. diff. 10. Diana 1. p. tract. 7. resol. 48. & 2. p. tr. 3. resol. 34. & 3. part. tract. 4. resol. 67. pro qua citat Reginaldum, Sayrum,

datur in virgine consentiente. Ergo nec specialis malitia adulterii in peccato nuptæ, quæ ex consensu mariti cum altero copuletur. Respondeo negando consequentiam. Quia licet in tali eventu non fieret injuria marito, atque adeo deficeret hæc injuriæ species; fieret tamen contra statum matrimonii, & fidem illi debitam, ob bonum commune, cui non potest conjugatus renunciare: sicut nec Clericus privilegii ob statum Clericale sibi concessis. Unde colliges, in adulterio, dissidente viro, triplicem malitiæ speciem reperiri: aliam contra justitiam, aliam contra fidem debitam statui, aliam contra castitatem; ac proinde si injuria ratione consensus viri deficeret, teneretur penitens in confessione explicare, ne confiteatur malitiam, quam non contrahit, sicut tenetur dicere, non esse conjugatum, quem confessarius talem existimat, ut bene notat Thomas Sanchez sup. num. 15. Non me latet nonnullos, quos, citato Illust. Fr. Angelo Manrique Episcopo Patensi, sequitur Caramuel in *Theologia Fundam. fundam.* 3. cap. 4. numer. 537. fol. 230. duplicem tantum malitiam in adulterio cognoscere, aliam contra castitatem, aliam contra justitiam. Unde inferunt, satis confiteri, qui diceret: *Commissi simplicem fornicationem*: Et post alia interjecta peccata, subneckeret: *Intuli consilium gravem injuriam, tertia quadam persona cooperante*. Sed non placent: tum quia consentiente viro, sufficeret se accusare de simplici fornicatione, quod nullus concessit: tum quia eo modo confitendi duplex numero peccatum in esse moris pro uno indiviso ad duplicem speciem pertinente subrogaret, ac proinde diversum peccatum in esse moris ab eo, quod commiserat, confiteretur.

66. Obijcies secundò. Virginitas est virtus specialis distincta à castitate. Ergo vitium virginitati oppositum speciale habet, malitiam contra castitatem. Respondeo, virginitatem tantum distingui à castitate accidentaliter per extensionem ad plura objecta, nimirum ad delectationes, etiam licitas; id autem, quod opponitur virginitati, ut conditio distincta à castitate, non est vitium, alias matrimonium esset illicitum. Præterea, cum virginitas deperdat per quodlibet peccatum contra castitatem, si circumstantia virginittatis adderet novam speciem malitiæ, teneretur virgo in simplicibus delectationes contentens explicare virginittatem amissile per tale peccatum. Imò quilibet femina in habitu virginis incedens teneretur, quoties actu interno contra castitatem deliquisset, dicere in confessione, esse, vel non esse virginem. Nam cum talis appareat, si confessarius ejus conscientiam ignoraret, apprehenderet malitiam contra virginittatem, quæ fortè non esset. Unde confessarius non teneretur de virginittate interrogare, si penitens taceret, & puella teneretur respondere; & per consequens manifestare suum defectum, jam iterum in aliis confessionibus declaratum. Rursus, non solum femina, sed quilibet barbatus teneretur in confessione explicare suam virginittatis florem per tale peccatum amissile, quod est contra omnium fidelium praxim. Ergo circumstantia virginittatis non mutat speciem peccati, & per consequens, non debet in confessione explicari.

(+ + +)
(+ +)

Sayrum, & alios, & probabilem putant Salas, Azor, Fillucius, Bonacina, Lessius, & alii apud Dianam, & pluribus citatis defendit Oviedo 1.2. tract. 6. controvers. 4. puncto 7. num. 57. & Tamburinus in *Methodo expedita confess.* lib. 2. cap. 7. §. 1.

71. Ad probationem hujus sententiae noto primo ex communi Doctorum, delectationem non dici morosam à mora temporis, sed à mora culpabili detentionis: hoc est à libertate in detentione; postquam quis advertit esse prohibitam. Noto secundò cum Pat. Vazquez 1.2. diffut. 112. cap. 2. num. 4. quem sequuntur Salas 1.2. tom. 2. tract. 13. disp. 6. sect. 6. numer. 60. Palas supra puncto 10. §. 4. num. 41. Lugo disp. 16. sect. 6. num. 390. Lessius lib. 4. cap. 3. num. 112. Oviedo 1.2. tract. 6. controvers. 4. punct. 7. num. 54. & omnes (quos viderim) delectationem morosam intra speciem luxuriae semper habere eandem malitiam cum opere, quatenus est contra castitatem. Ratio est, quia talis delectatio eodem modo, ac opus virtuti temperantiae opponitur, & eandem habet dissonantiam ad rationem. Unde sicut diverso modo opponitur virtuti castitatis simplex fornicatio; & peccatum contra naturam; ita etiam diverso modo opponitur delectatio de fornicatione, & de peccato contra naturam. Cum enim virtus castitatis non minus, neque alio modo moderetur delectationes internas, quam externas, eadem videtur intervenire species peccati in una ac in altera delectatione intra speciem luxuriae.

72. Praedicta tamen doctrina limitanda est, quoties delectatio capiatur de copula cogitata cum femina, cum praecisione an sit, vel non sit propria; cum enim ejusmodi copula praescindat à licita, & illicita, delectatio de illa capta non erit ejusdem speciei cum opere, quod habet pro objecto. Alias cum opus non opponatur virtuti castitatis, sed ab oppositione praescindat, non opponeretur delectatio, sed ab oppositione praescinderet, quod non falsum prorsus est. Erigit igitur in tali eventu malitia alterius speciei innominatae contra castitatem, seu malitia copulae illicitae, cum eodem modo opponatur virtuti, ac ipsa copula.

73. Ex dictis assentiri non possum Bonacinae de *Matrimon.* quest. 4. punct. 8. num. 15. & Palao tom. 1. tract. 2. disp. 2. punct. 10. §. 2. n. 9. Quibus consentire videtur Thomas Sanchez, supra nu. 4. assentientibus, malitiam delectationis venereae delumi ex effectu, quem secum affert, nimirum vehementem commotionem appetitus, & spirituum genitalium subservientium generationi. Nam ut bene expendit Lugo, ex hoc principio aperte sequitur, delectationem morosam captam de todomia ejusdem esse speciei, cum delectatione capta ex copula, quod est contra omnes Doctores: Imò & contra ipsum Bonacinam loco citato, num. 8. & contra Sanchez in *Sum. lib. 2. cap. 2.* distinguentes specie delectationem circa solutam, & circa conjugatam, cum tamen omnes eundem effectum caulant.

74. Noto tertio, illam delectationem dici veneream, quae in ipsa carne sentitur, cum commotione spirituum subservientium generationi circa partes libidinosas. Ita Cajetan. Armilla, Tabiena, & alii, quos citatos sequitur Thomas Sanchez lib. 9. de *Matrim.* disp. 64. dicitur delectatio venerea, ut inquit Sanchez, ad differentiam delectationis, qua placet tactus proprii, vel alieni corporis sine ulla libidine, ob solam proportionem, & connaturalitatem cum organo tactus, seu visus: quilibet enim tactus rei blandae, & visus rei pulchrae, organa, visus, & tactus naturaliter delectant. Delectatio igitur morosa in

re venerea ex parte voluntatis, nihil aliud importat affectus quidam simplex, quo quis ex adventu rationis sibi complacet in delectatione illa venereae, & in potentia appetitiva sentitur. Haec positus.

65. Negativam sententiam Pat. Vazquez sic probat: Delectatio morosa venerea non est malitia sumat, nisi vel ex objecto, vel ex appositione cum virtute castitatis prohibentis omnem delectationem veneream extra statum matrimonii, vel quomodocumque res se habeat, delectatio venerea non sortitur diversam malitiam, ex circumstantiis status personae, quam habet pro objecto. Ergo debet in confessione explicari. Quod ratione oppositionis cum virtute castitatis non sortitur malitiam specie distinctam ab ea, quae reperitur in delectatione de copula cum soluta, conveniunt omnes. Quod autem neque ratione objecti malitiam aliam contrahat, probatur. Quia objectum, quod requiritur recte terminat affectum voluntatis, neque malitiam aliquam in illum derivare, sed injuria contra naturam, v.g. quae in copula cum nupta reperitur, nec directe, neque indirecte terminat simplicem delectationem veneream, ergo, &c. Non directè, quia delectatio venerea, non capit de injuria, sed de concubitu cum femina, qui media suis praedictione praescindente ab statu feminae, delectationem illam causat; non indirectè; quia una ratio potest foris ab alia simplicem delectationem terminare, licet nequeat una line alia executioni mandari, ut si femina pulchra, & nupta sit, potest quae placere, quod pulchra, & displicere, quae nupta.

76. Est itaque magnum discrimen inter delictum & simplicem complacentiam, illud enim continetur in executionem objecti, & copula cum nupta nequeat in executione separari ab injuria, requirit saltem indirectè ad illam non terminari, & communiter docent Theologi contra Augustinum verb. *luxuria*, num. 2. aliter enim: desiderium est fornicationis cum soluta, & cum conjugata de ejusdem speciei, cujus proinde sententia expando fuit de mandato Sanctae inquisitionis in *Expurgatorio* 1640. Simplex verò delectatio cum non tendat tribuendam existentiam objecto, bene potest terminari rationem terminari, quid ad aliam esse non terminatur: ac proinde potest quis delectari de copula cum nupta, affectus à delectabili, quod est copula, & non à delectabili, quod in injuria, deconsequenter quin delinquit contra iustitiam, quare iustitiae non prohibet delectationem de copula in iusto, quando non capit de illo, prout in iusto est: ut ex communi Doctorum tradit P. Oviedo tract. 6. controvers. 4. punct. 5. Ergo nullum est quod undè delectatio venerea diversam malitiam sortitur ratione diversi status personae, quae peccatum constituitur. Sufficit ergo se accusare de una, vel pluribus delectationibus morosis, in explicato peccato statu.

77. Confirmatur, nam delectatio de copula maritali habita ab eo, qui votum non emisit, nec de contra votum illius, qui delectationem capit, quia hoc non subsistit, nec contra votum monialis, quia materia hujus voti tota est posita in actibus ipsius monialis, quorum nullum talis delectatio inducit, nec ei ullo modo cooperatur. Similiter delectatio habita à soluto de copula cum conjugata, ad nuptiam actum conjugis ordinatur etiam ut objectum illam

illam respiciat : ergo cum non jungatur cum objecto, fidei conjugii non opponitur. Ergo non est undè à conjugio malitiam sortiatur.

78. Idemque dicendum de delectatione habita cum consanguinea, quia licet circumstantia consanguinitatis se etiam teneat ex parte personae capientis delectationem, nequit malitiam refundere nisi ex parte objecti se habeat. Quia ex reverentia sanguini debita tantum prohibetur commixtio seminum, ad quam non ordinatur simplex delectatio, sicut ordinatur desiderium efficax. Ergo si delectatio capitur de copula cogitata cum consanguinea, utrali, non contrahet malitiam incestus.

79. Tota haec doctrina confirmatur exemplo, cui nemo dissentire potest, nec discrimen inter actus efficaces, & inefficaces differre: Si quis audiatur inimicum occisum esse in loco sacro, & de illius morte delectetur, ex displicentia personae, peccatum odii committit, non verò sacrilegii: ergo delectatio non secum trahit malitias omnes in objecto repositas. Ergo similiter, nec in casu quaestionis, cum eidem prorsus militet ratio.

80. Quamvis autem haec ita sint, consultum erit confessorio, rudes, & mediocriter doctos de circumstantia objecti interrogare: tum quia tales inter affectus efficaces, & inefficaces nesciunt distinguere; tum quia eandem in omnibus malitiam concipiunt, & consequenter contrahunt.

§. Unicus.

*Cujusdam notum placitum refertur,
& refellitur.*

81. Post haec olim à me scripta, in lucem prodierat recentior quidam, qui doctrinam superius traditam extendit ad omnes simplices delectationes intra genus castitatis, etiamsi objecta terminantia specie distinguantur: ac proinde ejusdem putat speciei delectationem moralem de copula Sodomitica, ac de fornicatione. Nam malitia delectationis, inquit, exculso consensu absoluto in copulam, solum potest provenire ex vi causativa motuum turpium, & pollutionis de praesenti; aut ex eo quod statui matrimonii derogare videatur. Ex primo autem capite malitiam specie diversam non contrahit, constat ex superius dictis; quia omnes delectationes morales ejusdem effectum causant. Quod autem neque ex secundo, probat ex eo, quod si delectationes sint de hoc, si de illo objecto, non propterea statui matrimoniali magis derogant, nisi forte quatenus sunt magis intensae, & vehementiores, quod non pendet ab eo, quod sint contra naturam.

82. Ceterum doctrina haec sustinenda non est, eodem enim fundamento asserere potuisset, sodomiam, & fornicationem non distingui specie; quia non magis una, quam altera statui matrimonii derogat, nisi forte quatenus intensiorem, aut vehementiorem delectationem inducunt, qua ratione ad circumstantiam aggravantem eorum differentia pertinet: imò gravius inde peccatum fornicatio evaderet, quam sodomia; quam minus natura appetit, & à qua potius per se abhorret. Secundo, quia objectum, quod delectationem terminat, & à quo nullatenus praescindit, nequit, si malum sit, malitiam in actum non derivare: ergo objecta

specie distincta intra genus castitatis, à quorum malitia actus non praescindit, non possunt, non specie distinctam in delectationem refundere. Confirmatur, quia simplex delectatio de vindicta, & de fornicatione non aliunde specie distinguuntur secundum omnes, nisi quia ad objecta specie distincta terminantur: ergo.

83. Obijcies: oppositum constare ex D. Thomae opusculi 64. §. Complacentia habitam memoria peccati: * Ubi excusat ab explicanda in confessione specie peccati commissi, de quo memoriae occurrente capitur delectatio. Quod verum non esset, si objecta specie diversa malitiam diversam specie in actum refundere. En D. Thomae verba. * Si autem rememorando mala praeterita, quae fecisti, non habes dolorem, sed potius delectationem in eis, & propter hanc delectationem facis moram ibidem, non credo expedire, quod specifice ipsa peccata rememorata, si falsas integrè confessus es ea. Et si non habuisti aliud, quam delectationem in mente; sufficit dicere, mihi venerunt in memoriam quaedam vindictae, vel injuriarum, quas feci, vel quaedam peccata gravia, quae commisi, de quibus non solum non habui dolorem, sed de ipsis cum multa complacentia cogitavi. * Haec D. Thomas. Quem secutus est P. S. verb. Confessio, nu. 16. dicens: * Qui delectatus est de peccatis praeteritis ab his confessis, id solum oportet confiteatur, non autem exprimere, quae illa fuerint peccata. Vide D. Thom. opusculi 64. *

84. Respondeo, principium, quod ex verbis praefati opusculi sexagesimi quarti, obtruditur, capitaliter adversari aliis principiis doctrinae D. Thomae asserentis, actus qualescumque ab eo, quo tendunt objecto, speciem sumere. Quapropter opusculum, ex quo praeter objecta verba fideliter excerpta sunt, adulterinum D. Thomae opus esse, jure admonet Vincentius Baronius, in opere contra Amadeum disp. 2. sect. 3. §. 2. fol. 233. Et ideo opinio illa, quam (auctorem opusculi credens D. Thomam) sequutus est P. S. illum citans, expuncta fuit postea per Mag. Sacri Palatii in editione Romana: & in eam sic jure invehitur M. Texeda tom. 1. theol. moral. lib. 2. tract. 3. contr. 7. n. 23. & seq. * Adversatur (inquit) Concilio Tridentino sess. 14. cap. 3. Nec video, quo is auctor utatur fundamento, nisi tantum vel de doctrinam novam, & laqueos animarum introducere. * Sic ille, & merito: quia unum, cui P. S. innixus est, fundamentum, ab auctoritate, tum auctoritatis opusculi sexagesimi quarti, quod inter alia D. Thomae opera circumfertur; tum eorum, qui incaute inter ejus opuscula inseruerunt; nullus momenti judicare debuisset, imò & erroris insimulare; utpote ex quo singularis, & omnino probabilis doctrina, & Concilio Tridentino apertissime repugnans evidenter deducitur: Ni forte non de delectatione, de peccato commissi, sed de sola jaecantia intelligendus veniat. In hoc enim peccato, tota malitia in eo consistit, quod offensam Dei assumatur, ut medium ad laudem; unde omnia peccata sub eadem ratione formali ad jaecantiam pertinent, & quoad hunc actum eorum differentia specificae per accidens se habent; ut cum Navarro tenet Diana 3 p. tract. 4. resol. 161. & cum Soria p. 11. tract. 7. res. 36. Leander à Sacram. tom. 1. tract. 5. disput. 8. §. 3. q. 12. Castro Palao tom. 1. tract. 2. disp. 2. p. 11. n. 5. & probabile vocat Lugo disp. 16. sect. 5. n. 268. Si veto jaecantia sit conjuncta cum complacentia, & approbatione peccati commissi, v.g. adulterii vel vindictae,

Ecce

Ecce

&c. nequit in dubium veri obligatio confitendi ob-
jecta terminativa specie diversa, sicut nec obliga-
tio confitendi numerum & species peccato-
rum. Aequali enim certitudine ad hæc explicanda
adstringimur.

87. Non verò omitam hic adnotare Baronii ne-
gligentiam in operibus D. Thomæ evolvendis. Se-
cus contra Amadæum invecus non fuisset, dicens:
* Ubique obrudat opusculum sexagesimum quin-
tum adulterinum D. Thomæ opus, ut supra demon-
stratum est. * Sed homo non advertit, opusculum,
nuper allegatum, non esse sexagesimum quintum
(quod non esse D. Thomæ à se demonstratum di-
cit) sed sexagesimum quartum, quod non ubique,
sed in hoc tantum loco ab Amadæo allegatur. Unde
Baronii calumnia hoc unum operata est, quod duo
jam opuscula, quæ inter alia D. Thomæ opera cir-
cumferuntur, nec dubia fidei habenda, sed radici-
tus evellenda, abolendaque, ex ipsius Baronii testi-
monio habeamus. Sit esto: dum in posterum non
in Amadæum, sed in auctorem opusculi, & in eos,
qui inter D. Thomæ opera inferuerunt, virus evo-
mat.

CAPUT VIII.

Corollaria ex dictis.

86. Infertur primò, non esse admittendam, sed ab-
solutè relegendam opinionem asserentium,
consensum formalem, & expressum voluntatis
in delectationem veneream, seu, quod idem est,
simplicem delectationem morosam, non esse cul-
pam mortalem, cessante periculo consentiendi in
pollutionem, vel in opus, de quo capitur delecta-
tio. Quam tenuit Martinus de Magistris tract. de
temperantia, quest. 3. de luxuria; & clariùs, questione
de pollutione post probationem quarta conclusio, & alii
ex antiquis apud Salas 1. 2. tom. 2. quest. 74. tract. 13.
disp. 6. sect. 4. n. 38. ubi ait: * Fertur, Victoriam
dixisse, opinionem illam esse probabilem, & talem
fuisse tempore D. Thomæ, testatur Salas referens
pro illa Adrianum. Et putat probabilem Antonius
de Corduba Ordinis Minorum lib. 1. quest. 23. dub.
11. §. Igitur, dicens esse sententiam D. Augustini, &
nonnullos eam docuisse: & consentire videtur M.
Tabiena Ordinis Prædicatorum, verbo Cogitatio mo-
rosa num. 2. Utrum delectatio morosa sit peccatum
mortale? Alii tenent, quod non est peccatum
mortale, sed veniale tantum; alii verò dixerunt,
quod est peccatum mortale, & hæc secunda opinio
est communior, & verisimilior, & est communis o-
pinio modernorum, & securior. * Sic Mag. Ta-
bierna ex D. Thom. in 2. sent. dist. 24. quest. 3. art. 4.
in corpore, ubi ait: * Delectatio morosa mortale
peccatum est, ut Magister dicit, & verba Angu-
stini sonare videntur, quamvis quidam in hoc, Ma-
gistro contradicant. Sed opinio Magistri valde pro-
babilior est, & securior. *

87. Verum opinionem istam, non solum non es-
se probabilem, sed neque ferendam, dixit Zumel a-
pud Salas ubi supra, & P. Vazquez 1. 2. disp. 109.
cap. 3. pluribus Patrum testimoniis illam refutat, &
& licet in hac disputatione nullam illi censuram in-
erat, infra tamen disp. 111. cap. 5. nu. 20. in fine, ut er-
rorem expressè damnat, & in expurgatorio S. In-
quisitionis anno 1612. & 1640. relatis verbis su-

præ citati Antonii Cordubensis, dicens: * In-
fertur utraque opinio probabilis est, * sic notum.
Appone in margine: secunda opinio (nempe, quæ
negat, esse mortale, nec tuta, nec probabilior est).
Nec D. Thomas probabilem censuit, dum commu-
niam, & communem probabiliorem securitatem
que vocavit: ejusmodi enim verba non comparati-
vè, sed adversative accipienda sunt, quoties apud
Angelicum Præceptorem, aut alium gravissimum
Doctorem, opinioni dissonæ adjecta replicatur,
ut in præfati contingit: certissimum enim est, de
auctoritate Sanctorum Patrum comprobatur, co-
ntrarietatem castitatis, extra statum matrimonii, tam de
delectationibus internis, quam externis prohibere, re-
cedente consensu voluntatis.

88. Infertur secundò, non licere viduis, neque
sponsis de futuro morosè delectari de copula præ-
terita, vel futura tempore matrimonii. Quia
objectum externum actus non sit illicitum, etiam
men illicita delectatio præfens voluntatis, quæ
virtuti castitatis opposita, deficiente matrimonio,
quod illam possit honestare. Ita P. Vazquez 1. 2.
disp. 114. n. 3. Tannerus 1. 2. disp. 4. quest. 1. art. 1.
Basilus de Matrim. lib. 10. cap. 16 §. 2. n. 10. & 11. La-
nema, Palao, Villalobos, & alii, quos sequitur Pa-
na 3 p. tract. 5. Miscell. resol. 2. Thom. Sanchez in
de Matrim. disp. 47. nu. 4. & 5. & Joannes Sanchez
in Selectis disp. 21. n. 27.

89. Infertur tertio, nemini licere delectationem
voluntatis captam de objecto apprehenso in con-
ditione auferente ab eo malitiam, v. g. de co-
cubitu cum tali femina, sub conditione, quod
sit uxor. Quia (quidquid dixerit P. Sanchez in
sum. lib. 1. cap. 12. num. 33. imaginativa etiam po-
tuit conditionem ex parte objecti apponere, ut
ut bene cum Salas 1. 2. tom. 1. tract. 13. disp. 6. jura
30. num. 139. tradit Palao tom. 1. tract. 2. de Matrim.
disp. 2 p. 10. nu. 6. Unde non sola voluntas, sed etiam
appetitus possit tendere in objectum, sub condi-
tione auferente malitiam, quo morosus delectationis
contra castitatem laxaretur habere. Præterquam
quod delectationem appetitus cohibere, dum de-
lectatio voluntatis adesset, paucis datum credam,
deditque ob periculum saltem, à noxa lethali excu-
sare non potest. Et improbari prorsus debet opinio
la, quam probabilem censuit Corduba sup. n. 10.
ferentem, non esse mortale delectari morosè præ-
teritum voluntatis, & appetitus de copula sub con-
ditione, quod esset cum propria uxore. Hæc enim o-
pinio in ordine ad mores, idem præjudicium parit,
ac quæ delectationem morosam à culpa mortali ex-
mit. Quid enim cuique facilius, quam apprehen-
sionem conditionatam hujusmodi efficere, qui se
posita, gravis malicia delectationis dicitur delectari.
Quapropter opinionem istam jure rejicit Palao
supra punct. 10. n. 9. & me iudice, eadem censura co-
tanda, ac quæ morosam delectationem à mortali
culpa liberat. Quam ut diximus num. 57.
errorem vocat Vazquez, cui libens
assentior.

(.)